

D. D.

40.

# FLORA MONSPELIENSIS,

QUAM.

CUM CONSENS. EXPERIENT. FAC. MEDICÆ  
IN REGIA ACADEMIA UPSALIENSI,

## PRÆSIDE

*VIRO NOBILISSIMO ET EXPERIENTISSIMO,*

# DN. Doct. CAROLO LINNÆO,

EQUIT. DE STELLA POLARI, ARCHIATR.  
REG. MED. ET BOTAN. PROFESS. ACAD. UPS. HOL-  
MIENS. PETROPOL. BEROL. IMPERIAL. LONDIN.

MONSPEL. TOLOS. FLORENT. SOCIO,

SPECIMINIS ACADEMICI LOCO,

*AD PUBLICAM VENTILATIONEM DEFERT*

# THEOPH. ERDM. NATHHORST,

## GERMANO-SILESIENSIS.

IN AUDITORIO CAROL. MAJ. DIE XV. JUNII,  
ANNI MDCCCLVI.

H. A. M. S.

U P S A L I A E , Excid. L. M. H Ö J E R , Reg. Acad. Typogr.

VIRO Experientissimo,  
**Dn. JOH. T. NATHHORST,**  
CHIRURGO Stockhi. Solertissimo,  
FRATRI Dilectissimo.

**Q**uotiescumque in memoriam *Tui* in me amoris, & beneficiorum, nullo non tempore, larga in me manu collatorum animum revoco meum, revoco autem semper, toties me eo pietatis ardore incalescere sentio, ut intra pectoris mei claustra se ille æstus continere nequeat, sed quoquo modo sibi exitum querat, & *Tibi* se ostendere gestiat. Sed qui fieri potest, ut ullo pietatis indicio vel minimam *Tuorum* meritorum partem adsequar? *Tibi*, secundum DEum & Parentes, quidquid penes me est, debeo: *Tu* primum in Sveclam, ita res *Tuas* dispensante prospero quodam fatorum ordine, delatus, cuncta licet *Tibi* ex voto fluerent, non omni tamen numero absolutam felicitatem *Tibi* contigisse judicabas, donec *Tuæ* etiam necessitudini consulendi deesset occasio; itaque ego, *Tuo* hortatu, patrios Lares & quidquid illic charum fuit reliqui, a Te monstrata fata seqvuturus. Nec me haec tenus suscepit pœnituit, aut in posterum, opinor, pœnitabit; adeo enim munifice meis subvenis necessitatibus, qua consilio, qua opibus, ut heic natale solum esse, heic patrios penates credam. Quid ergo æquius, quam ut hosce Flores, quos in illustri Musarum viridario legi, *Tibi* consecrem? jure enim poposceris primitias illorum fructuum, quos, nisi *Tua* sublevatus ope, colligere non potuissim. Sinas, quæso, optime Frater, ut, qvum alia ratione nequeam, hoc saltēmodo debita pietate defungar, & *Tibi* insuper persuaderi patiare, nullum unquam fore tempus, quo tam Chari nominis memoria hoc pectore labatur. De cetero, si quid in rebus mortalium vota possunt, illis pro *Tuo* perenni flore summum adire numen, nunquam absistam; Det *Tibi* DEus extentum vitæ spatium, & felicitatem nullo arctatam numero; sic reipublicæ, cui Temet inferuisti, multiplici, qua polles, chirurgiæ artis experientia inservies, *Tuæque* familiae & necessitudinis veris prospicies commodis. Sic vovet ad cineres permanfurus.

CHARISSIMI NOMINIS TUI

Cultor assiduus,  
THEOPHILUS ERDM. NATHHORST.



## I. N. D.

**D**icici haud facile potest, quantum laboris insumserint Botanici in varii generis plantas conquirendas, queis naturæ opifex terrarum orbem instruxerit, nulla enim ora est, tam longe diffita, vel tanta horrens barbarie, quin eo penetraverint Floræ Mystæ.

Europam præcipue adeo lustravit & excusset horum virorum industria, ut vix ullus supersit angulus, unde nova sperari possit messis; hinc est, quod adeo sit grandis copia illorum librorum, qui FLORÆ sunt dicati; usi illorum tantum numerum percensere vellemus, qui diversarum provinciarum Plantas sibi examinandas sumserint, mediocris certe magnitudinis volumen conficeretur. Usum ex hisce libris primum decerpere possunt illi, qui, cujuslibet regionis vegetabilia sibi perspecta reddere &, ubi libuerit, reperire cupiunt; sed palmaria tam illinc speranda utilitas est, diversarum regionum plantas inter se contendere, & inde concludere, quas quælibet provincia gignat & quas ferre recusat.

Id ut obtineatur e re omnino, erit, ut singulæ Floræ una eademque methodo condantur, habita ratione CLAS-

A

SIUM,

SIUM, GENERUM, SPECIERUM, & NOMINUM,  
ut primo obtuitu conferri inter se & dignosci queant;  
sicut autem id via brevissima, si Plantas in suas classes con-  
jecturus respexerit NOMINA TRIVIALIA, in Specie-  
bus Plantarum ipsis adsignata, definita; suisque munita  
Synonymis.

Quod primum hujus rei tentavit Dn. Grubberg de  
Plantis Britannicis in Flora Anglicā, adeo se omnibus  
qua brevitate, qua perspicuitate, commendavit, ut non  
paucos ego audiverim, haud inferiores subsellii Botani-  
cos, qui optaverint ut ejusdem ordinis opera super reli-  
quis Europæ partibus conficerentur, quare etiam me pri-  
mum molientem Academicum specimen subiit cogitatio,  
rem haud ingratam me facturum esse, si eadem ratione  
Flores circa Monspelium crescentes, Lectorum oculis si-  
sterem. MONSPESSULANUM loquor, numeroſo præ-  
tiosissimarum Plantarum agmine adeo præ reliquis Euro-  
pæ tractibus distinctum, ut Europæ Hortus a Botanicis  
haud immerito nuncupari soleat, cum vix ullum invenia-  
tur adeo arctum terræ spatium, quod tantum gignat & alat  
diversarum specierum copiam. Et quidem ob hasce di-  
vitas jam pridem innotuit hic locus, quondam Celebra-  
tissimi Professoris GUILIELMI RONDELITII fama, qui  
licet ipse nullum ediderit botanicum opus, sic tamen fo-  
vit & nutriit permulta excellentissima ingenia, quæ dein,  
instar fulgentissimorum luminum, totum collustraverint  
Botanicum orbem, LOBELIUM loquor, RAUVOLFIUM,  
GHINUM, CLUSIUM, J. BAUHINUM, DALECHAM-  
PIUM &c. qui omnes Plantas circa Monspelium crescen-  
tes tegerunt, descripserunt, orbique exhibuerunt; & cum  
Academia Monspessulana omni ævo fulserit excellentissi-  
mis Medicis; atque adeo præstantissima fuerit, & tantum  
non unica Medicorum olim schola, factum est, ut facile  
omnes Machaoniæ artis studiosi, ad hoc Aesculapii tem-  
plum

53

plum quondam se receperint, eam inde deportaturi scien-  
tiam, qua in sua quisque patria adflictis mortalibus succu-  
rerent. Quid, quod horum magni nominis Botanicorum  
laboribus & observationibus excitati rarissimas ex hoc vi-  
ridario decerptas late per totam disperserunt Europam,  
quo factum est, ut fama hujus Paradisi adeo omnes per-  
volitaverit oras, ut vix ullus Æsculapii filius suo prius  
descendi desiderio satisfacere potuerit, quam Montem Pes-  
sulanum ejusque alumnes Plantas suis usurpaverit oculis.  
Quod adeo frequenter huc ventilaverint, & rarissimas  
plantas collegerint, id effecit ut quibusdam forte specie-  
bus adeo sit hic locus dudum exhaustus & nudatus, ut in me-  
dio ejus vireto jam frustra querentur variæ Plantæ, quæ  
quondam ibi observatæ erant, ut CLEMATIS recta  
aliæque.

MONSPELIUM situm est in Lanquedociæ meridio-  
nali parte 40 gr. 50 minut. latit. septentr. qua mare Me-  
diterraneum definit dividere Hispaniam & Italiam, adeo  
ut Plantæ sub climate BOREALI natæ, e septemtrionali  
parte; a MERIDIONALI vero ex Hispania & ab ORIEN-  
TALI ex Italia huc convolent. Itaque in hunc locum  
velut in centrum & commune Theatrum Floræ confluunt  
Plantæ ex GALLIA, HISPANIA, LUSITANIA & ITA-  
LIA. Nec sine jucunda quadam admiratione ex BURSE-  
RI herbario colligere est, plurimas suas plantas commu-  
nes habere FLORENTIAM, cum MONSPELIO & vi-  
ce versa.

Præcipue tamen debet Flora Monspeliensis suas di-  
vitias, situi suo & varilis soli ingenii, quæ omnia forte  
alio in loco simul merito desideraveris. Hæc enim regio  
nostra 1) non procul distat a MARI. 2) FLUVIIS præ-  
terlabentibus instruitur. 3) COLLIBUS ornata e.g. castro  
novo & altis MONTIBUS e.g. Monte Lupi, Cete, Le-  
fura, Serra, Allesia, &c. 4) ALPINIS locis munitur,

quæ ob celsitudinem suam nudos ostendunt vertices e.g.  
Hortus Dei. 5) Amœna est LUCIS e.g. Gramontio &  
6) Frequens SILVIS e.g. Valena &c.

α. CASTRUM NOVUM (*Castelnau*)  $\frac{1}{2}$  Leuca  
Monspelio versus septentrionem, constans collibus aridis,  
quos amnis LELEZ præterfluit.

β. MONS CETUS (*Cette*) 4 Leucis Monspelio ver-  
sus meridiem, viæ Telosana, in cuius planicie hodie op-  
pidum & portus CETE s. Sette.

γ. GIGNAC Silva, 5 Leucis Monspelio, contigua  
Silvæ Valenæ.

δ. VALENA Silva (*Bois de Valene*), 2 Leucis Mons-  
pelio versus septentrionem, juxta vias Montis Calcaris,  
constans silva cædua latissime expansa, unde lignum foca-  
rium Monspelium adportatur.

ε. CALCARIUS MONS s. LUPI (*Espirou*) 12 leu-  
cis Monspelio, versus septentrionem, ad cuius pedem  
est urbs Vigan diœceseos Allefensis.

ζ LASERRANE, Mons Alpinus juxta Gangen, 7  
Leucis Monspelio, in medio districtu Montis Calcaris.

η. HORTUS DEI (*Lespiron*) 14 Leucis Monspelio,  
constans valle subrotunda, in excelsissimo loco Montis Cal-  
caris, quam sine labore & periculo nullus adit, hodie  
paucissimis plantis rarioribus ornatur.

θ. GRAMONTIUM (*Gramont*) 12 leucis Monspe-  
lio versus orientem, constans QUERCUBUS *coccife-  
ris*; Locus mirabili plantarum varietate jucundus.

ι. ALLESIA (*Allais*) quatuor Leucis propior Mons-  
pelio quam Mons Calcaris.

κ. LESURA MONS (*Louzere*) ultra Allefiam, Mons  
alpinus.

ΜΑΡΕ distat Monspelio 1  $\frac{1}{2}$  Leuca.

Hæc loca tam varia SILVIS & LUCIS, COLLI-  
BUS & MONTIBUS, CAMPIS & VINEIS ac OLIVE-  
TIS,

TIS, FLUVIIS & MARIBUS, cum diversis adjacentibus terris, non possunt non ad tam mite solum quasi invitare plurimas plantas; huc accedit ipse loci situs, qui efficit, ut AESTAS sit duobus mensibus longior quam Upsaliæ, quemadmodum colligere est ex observationibus, quas super frondescientia arborum fecit Illustris Sauvagesius, collatis cum illis quas super eadem re instituit eodem anno 1755. N. D. Præses. Hinc ipse vidi omnes illas arbores, quas Monspelium communes habet, cum Upsalia, illic 30 diebus prius quam heic a), sua explicitissime folia, quemadmodum etiam credere fas est, utriusque hujus climatis autumnum eandem inter se rationem habere. Hinc conficitur aestus montis pessulani 2 mensibus longior quam Upsaliæ, quæ facit ut complures Plantæ suum illic stadium absolvere possint, quæ antequam maturuere, heic occidunt.

Notitiam quidem divitiarum tam Amœnæ regionis acceptam referre debemus industriae multorum Botaniconrum, qui rarissimas plantas in hoc loco primum detexerunt, ut LOBELIO, PENA, CLUSIO, J. BAUHINO, BURSERO, CHERLERO, aliisque & recentiori ævo TURNEFORTIO, RAJO, NISSOLIO, aliisque, sed duo imprimis in hoc palestra desudarunt, ut plantas omnes Monspelio crescentes determinarent, recenserent, & orbi eruditio sifterent, MAGNOLIUS scilicet & SAUVAGESIUS.

MAGNOL (Petrus) Professor Medicinae & Horti Monspeliensis Praefectus in BOTANICO MONSPELIENSIS. Monsp. 1688.8:vo primam edidit floram Monspeliensem, ut illa ætate, accurate satis & erudite contextam, in qua recen-

a) 1755. Floruit LONICERA perfoliata Monspelii Maii 18, Upsaliæ Junii 17.

Vernabant ACER platanoides & Erythronium europæus Monspelii Aprilis 18, Upsaliæ Maii 15.

recenset plantas, earum loca natalia & synonyma; de-  
sumta præcipue Bauhinis, Lobelio, Dalechampio,  
Clusio &c. & numeratur merito hodieque hoc opus inter  
perfectissimas Floras.

SAUVAGESIUS (*Franciscus*) *Consiliarius Regius, Medicine Professor Monspeliensis, Soc. Reg. Monsp. Upal. & Stockholm. Londin. Membrum: in METHODO FOLIORUM Hagæ 1755. 8:vo*, exquisitam admodum & accuratam dedit Floram Monspeliensem, ibique signo (•) notavit eas omnes Plantas quæ circa montem pessulanum sponte surgent, quæ ad hunc numerum excreverunt, quam heic refert animus. Hic altæ eruditionis Vir, quem nostri ævi alterum Boerhavium merito dixeris, qui in PHYSICIS summus, in PHYSIOLOGICIS incomparabilis, in PATHOLOGICIS omnium princeps, ænigmata a variis scientiarum academiis proposita extricavit, queis extricandis non nisi Sauvagesianum ingenium par fuerit, nihilominus indefesso pede in Botanico campo cucurrit, quam in reliquo Medicinæ stadio. Non sine admiratione inspexi complures ejus literas ad N. Dn. Præsidem datas, quæ omnes refertissimæ sunt maxime curiosis observationibus Botanicis, & in quibus etiam percensuit plures Plantas, quas circa Monspelium colligit postquam opus suum vulgaverit, quasque adeo huic nostræ opellæ infremerus.

Perlustratis horum duorum virorum operibus, eo consilio ut inde determinarem plantas, earumque nomina trivialia, non nulla occurserunt in Magnolio Botanico, quæ non adeo extricare licuit, quæque ideo ad calcem hujus operis adponam, ea spe fretus ut indefessus SAUVAGESIUS brevi ea investiget & accuratius definiat, quam suo ævo facere potuit Magnolius.

Condendo hanc meam Floram Monspeliensem cum Flora Svecana; observavi tertiam circiter Plantarum partem

tem communem habere Monspelium cum Svecia, easque si ad stationes plantarum exigantur esse vel Aquaticas, vel Nemoras vel denique Ruderales. Reliquæ, quæ sponte illie crescunt, sunt quoad maximam partem tales, quæ Boreales nostros hortos ornant, uti Paeonia, Narcissi, Tulipa, Leucojum, Gladiolus, Ornithogala, Rosmarinus, Thymus, Lavandula, Stachys, Satureja, Salvia, Melissæ, Ruta, Pulegium. Sed nec ille desunt, quæ, cum nostri fideris frigora pati non possint, immidente Bruma se se in hibernacula nostra abdere coguntur: Pistacia, Lentiscus, Terebinthus, Punica, Viburnum, Tinus, Alaternus, Zizyphus, Paliurus, Phillyrea, Olea, Rhus, Cercis, Smilax, Santolina, ALPINÆ etiam plantæ variæ altissimos montes inhabitare non recusant: Cucubalus acaulis, Saxifraga Cotyledon, rotundifolia, cespitosa, aizoides, Coblearia saxatilis, Arabis alpina, Solidago alpina.

Specierum numero vastissima genera in hoc loco sapienter exercitum extruxerunt, ut Cisti, Euphorbie, Antirrhina, Centaureæ, Tritolia, Coronille, Cytisi, Genistæ.

Propriæ huic loco plurimæ hinc sunt plantæ, vel certæ hic primum lectæ & observatae, quæ in aliis regionibus rarissime habentur, unde etiam sua nomina trivialia a loco Monspeliensi mutuati sunt ut Acer, Camphorofæma, Dianthus, Aphyllantes, Coris, Alopecurus, Polygala, Ranunculus, Crucianella.

Rarissimæ audiunt etiam plurimæ plantæ hic vulgares, Oryzis, Cneorum, Coriaria myrtifolia, Daphne Gnidiuim, Globularia Alypus, Centaurea conifera, Iberis pinnata, Gressa cretica, Lepidium procumbens & nudicaule, Ilcebrum capitatum, Scleranthus polycarpus, Lysimachia Lin. stellatum, Gypsophila aggregata &c.

<b>MONANDRIA.</b>	<b>Verbena officinalis</b>	<b>1228</b>
<b>MONOGYNIA.</b>	<b>Lycopus europaeus</b>	<b>761</b>
<b>Salicornia europaea herb.</b>	<b>Rosmarinus officinalis</b>	<b>1014</b>
<b>fruticos.</b>	<b>Salvia officinalis</b>	<b>1039</b>
<b>Hippuris vulgaris</b>	<b>Sclarea</b>	<b>593</b>
<b>DIGYNIA.</b>	<b>pratensis</b>	<b>594</b>
<b>Corispermum hyssopifolium.</b>	<b>Verbenaca</b>	<b>594</b>
<b>Callitricha hermaphrodita.</b>	<b>glutinosa</b>	
<b>androgyna</b>	<b>DIGYNIA.</b>	
<b>Blitum virgatum.</b>	<b>Anthoxanth. odoratum</b>	
<b>DIANDRIA.</b>	<b>TRIANDRIA.</b>	
<b>MONOGYNIA.</b>	<b>MONOGYNIA.</b>	
<b>Jasminum fruticans</b>	<b>Valeriana rubra</b>	<b>1216</b>
<b>Ligustrum vulgare</b>	<b>Calcitrapa</b>	<b>1217</b>
<b>Phillyrea ligustrifolia</b>	<b>Cornucop.</b>	<b>1218</b>
<b>angustifolia</b>	<b>dioica</b>	<b>1359</b>
<b>latifolia</b>	<b>officinalis</b>	<b>221</b>
<b>Olea europaea</b>	<b>Tripteris</b>	
<b>Circæa lutetiana</b>	<b>tuberosa</b>	
<b>alpina</b>	<b>pyrenaica</b>	
<b>Veronica officinalis</b>	<b>Locusta</b>	
<b>serpyllifolia</b>	<b>Cneorum tricoccum</b>	<b>243</b>
<b>Beccabunga</b>	<b>Polycnemum arvense</b>	<b>180</b>
<b>Anagallis</b> $\nabla$	<b>Crocus sativus</b>	<b>461. 1298</b>
<b>latifolia</b>	<b>Gladiolus communis</b>	<b>460</b>
<b>Chamædrys</b>	<b>Iris germanica</b>	<b>629</b>
<b>arvensis</b>	<b>pyrenaica</b>	
<b>agrestis</b>	<b>pumila</b>	<b>632</b>
<b>bederifolia</b>	<b>PseudAcorus</b>	<b>634</b>
<b>triphylos</b>	<b>fœtidissima</b>	<b>633</b>
<b>Gratiola officinalis</b>	<b>Mariscus</b>	<b>506</b>
<b>Pinguicula vulgaris</b>	<b>Schoenus aculeatus</b>	<b>1301</b>
<b>Utricularia vulgaris</b>	<b>mucronatus</b>	
	<b>nigris</b>	

<i>Cyperus</i>	<i>nigricans</i>	642	<i>pratensis</i>	470
	<i>longus</i>	341	<i>annua</i>	477
	<i>esculentus</i>	340	<i>compressa</i>	
	<i>flavescens</i>		<i>bulbosa</i>	480
	<i>fusca</i>		<i>maxima</i>	482
<i>Scirpus</i>	<i>palustris</i>	645	<i>media</i>	483
	<i>holoschœn.</i>	640	<i>minor</i>	484
	<i>lacustris</i>	641	<i>eragrostis</i>	485
	<i>mucronatus</i>	639	<i>Dactylis</i>	489
	<i>maritimus</i>	511	<i>glomerata</i>	
	<i>sylvaticus</i>	513	<i>Cynosurus</i>	487
<i>Eriophorum</i>	<i>polyfachyon</i>	9	<i>cristatus</i>	
<i>Nardus</i>	<i>gangeticus</i>		<i>echinatus</i>	489
	<i>articulatus</i>		<i>Festuca</i>	
			<i>rubra</i>	
			<i>fluitans</i>	523
<i>Phalaris</i>	<i>canariensis</i>	900.901	<i>Bromus</i>	535
	<i>utriculata</i>	488	<i>secalinus</i>	
	<i>arundinacea</i>	479	<i>squarrosum</i>	538
	<i>phleoides</i>	492	<i>nutans</i>	
<i>Panicum</i>	<i>glaucum</i>	501	<i>tectorum</i>	
	<i>Crus galli</i>	503	<i>pinnatus</i>	533
	<i>sangvinale</i>	470	<i>distachyos</i>	534
	<i>Dactylon</i>	469	<i>pennata</i>	526
<i>Alopecurus</i>	<i>geniculatus</i>		<i>junccea</i>	540
	<i>monspeliens.</i>	497	<i>Avena</i>	
			<i>elatior</i>	
			<i>fatua</i>	539
<i>Phleum</i>	<i>pratense</i>	494	<i>flavescens</i>	
<i>Agrostis</i>	<i>minima</i>	486	<i>Lagurus</i>	495
	<i>capillaris</i>		<i>ovatus</i>	
<i>Aira</i>	<i>cristata</i>		<i>Arundo</i>	106
	<i>cespitosa</i>		<i>phragmites</i>	
	<i>caryophyll.</i>	296.217	<i>Donax</i>	107
<i>Melica</i>	<i>nutans</i>	543	<i>arenaria</i>	525
	<i>ciliata</i>	544	<i>Lolium</i>	528
<i>Poa</i>	<i>trivialis</i>		<i>temulum</i>	
			<i>perenne</i>	529
			<i>Hordeum</i>	
			<i>murinum</i>	537
			<i>Triticum</i>	
			<i>maneococcum</i>	1256
			<i>repens</i>	472
			<i>DIGY-</i>	

	DIGYNIA.		media	1335
	<i>Polycarpon tetraphyllum.</i> 81		<i>Lagopus</i>	920
	<i>Montia fontana</i>		<i>lanceolata</i>	919
	TETRANDRIA.		<i>albicans</i>	590
	MONOGYNIA.		<i>Coronopus</i>	320
	<i>Globularia vulgaris</i> 141		<i>maritima</i>	321
	<i>Alypum</i> 1146		<i>strictissima</i>	322
	<i>Dipsacus fullonum</i> 353		<i>Psyllium</i>	959
	<i>pilosus</i> 354		<i>Cynops</i>	960
	<i>Scabiosa leucanthem.</i> 1050		<i>Sangvisorba officinalis</i>	912
	<i>Surcisa</i> 1122		<i>Cornus mas</i>	318
	<i>integrifolia</i> 1051		<i>virga sangu.</i>	319
	<i>arvensis</i> 1046		<i>Camphorosma monspel.</i>	179
	<i>triandra</i> 1048		<i>Alchemilla vulgaris</i>	
	<i>columbaria</i> 1047		<i>alpina</i>	
	<i>maritima</i> 1049		DIGYNIA.	
	<i>graminifolia</i>		<i>Aphanes arvensis</i>	20
	<i>ochroleuca</i>		<i>Bufonia tenuissima</i>	942
	<i>Sherardia arvensis</i> 1019		<i>Cuscuta europaea</i>	331
	<i>Asperula arvensis</i> 1018		<i>epithym.</i>	332
	<i>cynanchica</i> 1021		Hypocoum procumbens	602
	<i>Galium uliginosum</i> 1297		TETRAGYNIA.	
	<i>verum</i> 440		<i>Ilex Agrifolium</i>	17
	<i>Mollugo glaucum</i> 441		<i>Potamogeton crispum</i>	953
	<i>Aparine parisiense</i> 1017		<i>densum</i>	1337
	<i>Crucianella latifolia</i> 88		<i>setaceum</i>	954
	<i>angustifolia</i> 1023		<i>pusillum</i>	955
	<i>monspeliaca</i> 1024		<i>Rupplia maritima</i>	524
	<i>maritima</i> 1025		<i>Sagina erecta</i>	53
	<i>Rubia tinctorum</i> 1015		<i>Tillea muscosa</i>	944
	<i>Plantago major</i> 918		<i>rubra</i>	1074
			PENTANDRIA.	
			MONOGYNIA.	
			<i>Heliotropium europaeum</i>	561
			<i>Myoso-</i>	

<i>Myosotis scorpioides</i>	359	<i>cærulea</i>	95
<i>palustris</i>	360	<i>Plumbago europaea</i>	682
<i>apula</i>	72	<i>Convolvulus arvensis</i>	300
<i>Lappula</i>	338	<i>sepium</i>	298
<i>Lithospermum officinale</i>	713	<i>althæoides</i>	303
<i>arvense</i>	715	<i>lineatus</i>	303
<i>purpur.cærul.</i>	714	<i>Cantabrica</i>	301
<i>tinctorium</i>	69	<i>Soldanella</i>	114
<i>fruticolum</i>	70	<i>Polemonium cæruleum</i>	
<i>Anchusa officinalis</i>	154	<i>Campanula rotundifolia</i>	178
<i>Cynoglossum officinale</i>	337	<i>linifolia</i>	291
<i>cheirifolium</i>	339	<i>Rapunculus</i>	994
<i>apenninum</i>		<i>Trachelium</i>	175
<i>Pulmonaria officinalis</i>		<i>glomerata</i>	176
<i>Symphytum officinale</i>	1123	<i>thyrsoides</i>	
<i>tuberosum</i>	1124	<i>Medium</i>	177
<i>Cerinthe echioïdes</i>		<i>perficifolia</i>	995
<i>Alperugo procumbens</i>	156	<i>Erinus</i>	997
<i>Lycopsis vesicaria</i>		<i>Speculum</i>	174
<i>arvenis</i>	155	<i>hederacea</i>	
<i>Echium vulgare</i>	361	<i>Phyteuma pauciflora</i>	
<i>maculatum</i>	88	<i>hemisphærica</i>	
<i>italicum</i>	363	<i>spicata</i>	996
<i>Primula veris elat.</i>	957	<i>comosa</i>	
<i>farinosa</i>	336	<i>Samolus valerandi</i>	68
<i>Cyclamen europæum</i>		<i>Lonicera Caprifolium</i>	895
<i>Menyanthes Nymphoid.</i>	1328	<i>Periclymenum</i>	894
<i>trifoliata</i>		<i>Xylosteum</i>	1276
<i>Hottonia palustris</i>		<i>cærulea</i>	
<i>Lysimachia vulgaris</i>	750	<i>nigra</i>	
<i>Linum stell.</i>	711	<i>Coris monspeliensis</i>	317
<i>Nummularia</i>	822	<i>Verbascum Thapsus</i>	1222
<i>tenella</i>	823	<i>Lychnitis</i>	1227
<i>Anagallis arvensis</i>	64	<i>sinuatum</i>	1224
		<i>nigrum</i>	

<i>nigrum</i>	1225	<i>Chenopod. Bonus binurius</i>	1225		
<i>Blattaria</i>	144	<i>rubrum</i>	127		
<i>Datura</i>	Stramonium	1103	<i>Serotinum album</i>	125	
<i>Hyoscyamus niger</i>	599	<i>hybridum</i>	128		
<i>albus</i>	600	<i>Botrys</i>	147		
<i>aureus</i>	601	<i>Vulvaria</i>	129		
<i>Atropa</i>	Belladonna	1102	<i>polypermum</i>	146	
<i>Physalis</i>	Alkekengi	1100	<i>maritimum</i>	650	
<i>Solanum</i>	<i>nigrum</i>	1099	<i>hirsutum</i>	649	
	<i>Dulcamara</i>	1101	<i>Beta</i>	<i>vulgaris</i>	142
<i>Lycium</i>	europaeum	1002	<i>Salsola</i>	<i>Tragus</i>	648
<i>Rhamnus</i>	catharticus	1004		<i>Soda</i>	647
	<i>Frangula</i>	1267		<i>sediformis</i>	651
	<i>Alaternus</i>	905	<i>Cressa</i>	<i>cretica</i>	1269
	<i>Paliurus</i>	1003	<i>Ulmus</i>	<i>campestris</i>	1250
	<i>Zizyphus</i>	1257	<i>Gentiana</i>	<i>lutea</i>	
<i>Eonymus europaeus</i>			<i>centaurium</i>	232	
<i>Ribes</i>	<i>alpinum</i>		<i>spicata</i>	238	
	<i>nigrum</i>		<i>campestris</i>		
	<i>Uva crispa</i>	553	<i>eruciata</i>		
<i>Hedera</i>	<i>Helix</i>	556	<i>filiformis</i>	235	
<i>Vitis</i>	<i>vinifera</i>	1249	<i>perfoliata</i>	234	
<i>Elecebrum cymosum</i>			<i>Eryngium maritimum</i>	384	
	<i>Paronychia</i>	937	<i>campestre</i>	383	
	<i>capitatum</i>		<i>Hydrocotyle vulgaris</i>	986	
<i>Theesium Linophyllum</i>	701		<i>Sanicula europaea</i>	1042	
<i>Vinca</i>	<i>major</i>	288	<i>Bupleurum rotundifolium</i>	892	
			<i>odontites</i>	893	
			<i>tenuifolium</i>	163	
<i>Cynanchum acutum</i>	1344		<i>præaltum</i>	162	
	<i>monspeliacum</i>	1052	<i>rigidum</i>	161	
<i>Asclepias</i>	<i>Vincetoxicum</i>	108	<i>fruticosum</i>	1085	
	<i>nigra</i>	109	<i>Echinophora spinosa</i>	326	
<i>Herniaria glabra</i>		938	<i>Tordylium officinale</i>	1082	
	<i>fruticosa</i>	939	<i>latifo-</i>		

		<i>globulosa</i>
		<i>pimpinelloides</i> 830
	<i>latifolium</i> 224	
	<i>Anthriscus</i> 229	
	<i>nodosum</i> 230	<i>Phellandr. aquaticum</i> 1277
<b>Caucalis</b>	<i>platyphylla</i> 225	<i>Aethusa Cynapium</i>
	<i>leptophylla</i> 227	<i>Coriandr. testiculatum</i> 316
<b>Daucus</b>	<i>Carota</i>	<i>Scandix Pecten ♀</i> 1053
	<i>Viñaga</i> 459	<i>australis</i> 1054
	<i>Gingidium</i> 882	<i>Chærophyllo hirsutum</i>
<b>Ammi</b>	<i>majus</i> 62	<i>sylvestre</i> 802
<b>Bunium</b>	<i>Bulbocastan.</i> 157	<i>Imperatoria ostrutum</i> T.
<b>Selinum</b>	<i>Cervaria</i> 346	<i>Seseli tortuosum</i> 1088
<b>Athamanta cretenis</b>		<i>longifolium</i> 1285
	<i>Meum</i>	<i>glaucum</i> 344
<b>Peucedanum officinale</b>	1082	<i>annuum</i> 345
	<i>Silaus</i>	<i>Thapsia villosa</i> 1132
<b>Critchmum maritimum</b>	925	<i>Pastinaca sativa</i> 385
<b>Cachrys</b>	<i>Libanotis</i> 687	<i>Smyrnium Olusatrum</i> 1098
<b>Ferula</b>	<i>communis</i> 400	<i>Anethum Fœniculum</i> 406
	<i>nodiflora</i>	<i>Pimpinella saxifrag.</i> 910, 918
<b>Laserpitium latifolium</b>		<i>glauca</i>
	<i>trilobium</i>	<i>Apium graveolens</i> . 89
	<i>gallicum</i> 1314	<i>Ægopodium Podagraria</i>
	<i>Siler</i> 1091	<b>TRIGYNIA.</b>
	<i>chironium</i> 876	<i>Rhus coriaria</i> 1005
<b>Heracleum Sphondylium</b>		<i>Viburnum Tinus.</i> 677
<b>Ligusticum Levisticum</b>	688	<i>Lantana</i> 1230
	<i>peloponnesiac.</i>	<i>Sambucus Ebulus</i> 1041
<b>Angelica sylvestris</b>		<i>nigra</i> 1080
<b>Sium</b>	<i>latifolium</i> 1095	<i>racemosa</i>
	<i>nodiflorum</i>	<i>Tamarix gallica</i> 1175
	<i>Falcaria</i>	<i>Alpine media</i> 43
<b>Sison</b>	<i>aromaticum</i> 1096	<i>Corrigiola litoralis</i> 948
	<i>verticillatum</i>	<b>TETRAGYNIA.</b>
<b>Oenanthe fistulosa</b>	831	<i>Parnassia palustris</i>

## PENTAGYNIA.

<b>Statice</b>	<i>Armeria</i>	220.221	425	<i>angulosum</i>	1265
	<i>echioides</i>	695	625	<i>ursinum</i>	
	<i>reticulata</i>	691	625	<i>Moly</i>	
	<i>Limonium</i>	690.693	625	<i>Marcagon</i>	689
	<i>monopetala</i>	1220	625	<i>Tulipa</i>	1210
<b>Linum</b>	<i>usitatissimum</i>	702	625	<i>sylvestris</i>	
	<i>narbonense</i>	709	625	<i>Ornithogalum</i>	
	<i>tenuifolium</i>	707.708	625	<i>minimum</i>	
	<i>trigynum</i>	706	625	<i>pyrenaicum</i>	
	<i>strictum</i>	717	625	<i>umbellatum</i>	865
	<i>campanulatum</i>	702	625	<i>narbonense</i>	866
	<i>maritimum</i>	705	625	<i>Scilla</i>	598
	<i>catharticum</i>	710	625	<i>autumnalis</i>	
<b>Drosera</b>	<i>rotundifolia</i>		625	<i>Alphodelus</i>	
			625	<i>ramosus</i>	

## POLIGYNIA.

<b>Myosurus minimus</b>	594	625	<i>Anthericum</i>	<i>ramosum</i>
		625	<i>Liliago</i>	899
		625	<i>Asparagus officinalis</i>	111.112
		625		<i>acutifolius</i>
		625	<i>Convallaria majalis</i>	1319
		625		<i>verticillata</i>
		625	<i>Polygonatum</i>	931
		625		<i>multiflora</i>
		625		<i>bifolia</i>

## HEXANDRIA.

## MONOGYNIA.

<b>Leucojum vern. polyanth.</b>	683	625	<i>Hyacinthus</i>	<i>comosus</i>
<b>Narcissus poeticus</b>	805	625		<i>botryoides</i>
		625		597
<b>PseudoNarcissus</b>	804	625		<i>ferotinus</i>
		625		
<b>odoros</b>	804	625	<i>Juncus</i>	<i>acutus</i>
		625		638
<b>Tazetta</b>	808	625		<i>glomeratus</i>
		625		635
<b>Jonquilla</b>	813	625		<i>effusus</i>
		625		636
<b>Pancratium maritimum</b>	814	625		<i>inflexus</i>
		625		637
<b>Aphyllanthes monspeliensis</b>	212	625		<i>squarrosum</i>
		625		420
<b>Allium roseum</b>	34	625		<i>articulatus</i>
		625		521
<b>sphaerocephal.</b>	33	625		<i>bufonius</i>
		625		517
<b>moschatum</b>	35	625		<i>pilosus</i>
		625		319
<b>flavum</b>	32	625	<i>Frankenia</i>	<i>levigata</i>
		625		940
<b>vineale</b>	950.1266	625		<i>pulverulenta</i>
		625		82
<b>Ionescens</b>		625		Vele-

## DIGYNIA.

*Velezia rigida* 747

## TRIGYNIA.

*Rumex alpinus*

*acutus* 660.1311

*pulcher* 1312

*sinuatus* 661

*aquaticus* 132

*scuratus* 11

*Acetosella* 9.10

*Triglochin palustre* 532

*maritimum*

*Colchicum autumnale* 291

## POLYGYNIA.

*Alisma Plantago* △ 921

*Damasonium* 923

*Ranunculoides* 922

## OCTANDRIA.

## MONOGYNIA.

*Oenothera biennis*

*Epilobium angustifolium*

*bifidum* 751

*tetragonum* 752

*palustre*

*alpinum*

*Vaccinium Myrtillus*

*Erica vulgaris* 371

*cinerea* 376

*scoparia* 374

*virid. purpur.* 373

*arborea* 372

*multiflora* 373

*Daphne Mezereum*

*Thymelaea* 1351

*Laureola* 675

*Cneorum*

*Gnidium* 1145

*Stellera* *Passerina* 716

DIGYNIA.

*Mœhringia muscosa* 47

## TRIGYNIA.

*Polygonum Bistorta*

*amphibium*

*Hydropiper* 897

*Pericaria* 896

*aviculare* 933

*maritimum* 935

*Convolvulus* 304

## TETRAGYNIA.

*Paris quadrifolia*

*Adoxa Moschatellina*

*Elatine Alsinastrum*

## ENNEANDRIA.

## MONOGYNIA.

*Laurus nobilis* 676

## HEXAGYNIA.

*Batum umbellatus* 644

## DECANDRIA.

## MONOGYNIA.

*Anagyris foetida*

*Cerasus siliquastrum* 1192

*Dictamnus albus* 410

*Ruta graveolens* 1031

*montana* 1032

*Tribulus terrestris* 1169

*Arbutus unedo* 92

